

14
PURPURATUS
RUBRICIS JURIIUM JUDICUM
PRINCEPS

D I V O

SENATUI AC ACADE-
MICO

Universitati Carolo - Ferdinandæ
Pragæ in Basilica Beatæ Virginis
Theinensi,

Ad venerandum Propositus.

à

NOBILI ac GENEROSO DOMINO
JOANNE GODEFRIDO IGNATIO
Schrott, Moravo Brunensi, Regij Districtus
Iglaviensis in Moravia antehac Secretario, J. U. A.

Anno M. DCCIV. Mense Junij, die 10

MICRO - PRAGÆ:

Typis, Caroli Ferdinandi Arnolt de Dobroslavina,
Reg: Aulæ Typogr:

ILLUSTRISSIMO
DOMINO DOMINO
FRANCISCO
ANTONIO
S. R. I. COMITI

DE LIECHTENSTEIN,
LIBERO BARONI in Kastelkorn, Do-
mino in Schönau, Corneidt, Rinigelstein,
Tchengelsburg, Krumpach, Purgbernstein, Warten-
berg, Blauda, Krumpach, & Töltfch, Hæreditario
Præfecto in Alfatia.

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE
MAJESTATIS
CAMERARIO.

Domino Domino Gratosissimo.

ILLUSTRISSIME DOMINE DOMINE COMES.

Non aliò Purpurati *IVONIS* mei
sapientem Purpurâ adaptare, non aliò Ju-
dicû Principē statuere potueram, quàm ad
Amplissimam sapientiæ Domum, Illustrissi-
mam sublimis Profapia Tua Regiam. Evane-
scit hîc temporaneum *Cyri Palatium*, quod gemmis, ac lapidi-
bus pretiosis siderum effingens species, Cælo equari videba-
tur: Dum Pretiosioribus Gemmis, Lapidibusque Lucidissi-
mis perennantia stirpis Tue ornantur sidera, quæ non sine
veneratione orbis suspicit *Universus*. * Ostentabat olim De-
metrius in pallio suo aurò ac gemmis contextum terrarum in Deme-
orbem! quanta Gloria! Gestant Regnantes hæcenus Impe-
ratores Augustissimi in Regali Purpura sua Lapidibus pre-
tiosis depictum Cælum, Vestris videlicet sideribus illustratum.
Hoc perennat! Vestra nimirum ad Aras devotio, Vestra
erga Romanum Imperium intemerata Fides. Illam inscul-
ptam cordi gestabat *Julio-Montana Insula Serenissimum*
fidus *CAROLUS*: Istam Heroicis actis, ac Sapientiæ sua con-
siliò profitebatur *CHRISTOPHORUS PHILIPPUS*, Mo-
ravici Assessor Tribunalis, & Suae Sac: Cas: Maj: Camera-
rius Fidelissimus. In illo infinitas Tiaras Vestras indelebi-
li Perennans Fama depingit penicillò: in isto Fortissimos
pro Rege Athletas, strenuissimos pro Patria Curtios bucci-

Weingar- nans declarat Gloria, quos jam ab Anno 1300. * perennan-
ten in spe- tes, satis celebrare lingua humana non valet. Nec me ad
sulo Prin- alios transire finit Tua Universalis sapientia, ILLUSTRIS-
cip: fol: SIME D, D. COMES. Siquidem:
317.

Qua sunt dispersa per omnes
In Te mixta fluunt, & qua divisa beatos
Efficiunt, collecta tenes, *

Claudia-
nus.

Unus Genuinus Virtutum Hares, Unus Virtutum augens
speculum, qui infusas tibi cum Nobilitate Proto-Parentum
non modò reddis, sed amplias Magnanimitates, ità ut No-
bilitati Tue non minùs sis ornaento, quàm illa tibi de-
cori: * Ubi illa Nobilem infudit sanguinem, tu eodem illi
per Gloriosa gesta Tua Purpuram decoloras! Adhanc ergo
Purpuram Tuam, Divi IVONIS mei Purpura (sapientia
Tua, non velanda, sed Orbi revelanda Symbolum) devotè
assistit. Patere ILLUSTRISSIME D. D. COMES, hac
Purpurà Atheneos Infracta Constantia Vestiri Muros:
patere, hunc Judicum Principem, qui jam semel coram
ILLUSTRISSIMA stirpe Tua aliunde comparuit, Purpu-
rà nunc Velatum iterum coram Te revelari, & in Profun-
da sapientie Tue Conclavi commorari. Caterùm ego, in-
numeris Tuis vinculatus Favoribus, dum hanc Rubrican-
tem substerno Purpuram, meum quoque bullientem san-
guinem pro Tua, Tuæq; Perennantis Stirpis Gloria lubens
effundo,

Illustrissimæ Dominationis
Tuæ

demississimus clientum.

JOANNES GODEFRIDUS SCHROTT.

O R A T I O.



Submissio veneror poplite sublimissimos Principum ac Monarcharum Orbis immensi Thronos: ita tamen, ut sua altissimorum partuum Genitrici subfella non denegem sapientiae. Subjectissimis revereor nutibus suprema Caesarum, Regumque diademata, ita tamen, ut victrices et triumphabunda scientiarum area laureas non eripiam Academicis. Attonito admiror obtutu Crætorum, & Augustorum ipsis astris insultantia Palatia; suam tamen septifulcrem Amplissimamque Regnantis sapientiae domum (a) haud quaquam valeo praeterire. Incruentoto rubescentem cruore Gloriosissimum Imperatorum humilime de oscolor Muricem; attamen ad rubricantem doctrinae ac Eruditionis Purpuram elingvis erubesco. Adeo inseparabilis Regiminis, ac sapientiae est affinitas, ut si illud intueri; hanc rueri, si illud videre, huic invidere, si illud vereri, hanc jure revereri cogaris. Si in hoc Xerxes major Themistocle, quod ille orbis domitor, in hoc certe major Xerxe Themistocles, quod iste Astrorum etiam dominator; uter major altero? stat sub hasta. Ipsa sacra pagina SS. Regum Triadem recolens, quasi Regiae dignitatis oblita, non tres Reges, sed (b) *Magos*, seu sapientes munificos ab oriente venisse perhibet. Et verò nunquam tam sublimis in Throno sedisset Caesar, nisi eadem dextrà vibrasset enses, ac scripseret commentaria. Nunquam tam gloriosus Romanus Scipio effulisset Princeps, nisi *semper inter arma et studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuisset.* (c) Nunquam in hunc Europa efflourisset Florem, nisi Regna penes sapientes, aut penes Reges sapientes fuissent. (d) Eodem certe curruli vehebatur quondam Majestas (quamvis effera) Dionisij Syraeusani, & Platonis sapientia. Eodem apud Fridericum Austriae symbolo, imperans potestas in acinace, ac doctrina spectabatur

(a) Prov: 9.
9. 1.

(b) Matth: 2.
9. 1.

(c) Vellej: 1. 1.
Hist:

(d) Possidonie,

in Codice. Eodem apud pharetratum Apollinem scientia ac militia necebatu conuubiō, eadem apud Rudolphum I, induebatur purpurā Potentia Regia, & Musarum amor. Eodem adhuc dum hodie Imperialis Augustissimi ac Inuictissimi LEOPOLDI Nostri Biceps Aquila obtutu Oleam & Gladium respicit, ut in Olea *Consiliō* sapientem, in Gladio potentem *Industriā*, in utroque Cæsarem, in utroque exhibeat Purpuratum. Eadem sapientiæ cum Majestate hæreditas, eadem participatio, & *veluti inopia ineptitudini, ita Opes Regum sapientia*

(e) *Laëti: in Annal: fallust:*

ac virtutis sociantur. (e) Purpuratam igitur unā tecum, Senatus Populeq; Academicæ, hodie dum revereor sapientiam, Purpuratum in sapientia Rubricis Jurium, veneror demississimè Judicum Principem sapientissimum non minùs ac sanctissimum IVONEM nostrum. Purpuratum Regali Purpurā

(f) *Pet: 2, 6, 9*

Regali, videlicet Sacerdotiō, (f) sacerdotali Regnō adornatum, Purpuratum Regali purpurā, cui veluti neo-reviviscenti lege nostrā Aaroni, Stolas sanctam Aurō, & Hyacinthō, & purpurā contextam Regia desuper contulerat Majestas: opus textile,

(g) *Eccl: 45, 9, 12*

opus Viri sapientis Judiciō & veritate præditi, (g) opus Purpureum Purpurati Justitiæ Regalis Principis. Cujus purpuram Rubricis Jurium tinctam jure clientelaris affectûs devotissimè celebrans, Vestram AA. Ornatissimi humiliter expeto benevolentiam; Tuam autem præprimis Magnifice Rector, Spectabiles, Eximij, Clarissimi, Excellentissimi, ac Doctissimi Domini Professores, appello sapientiæ Purpuram, quā erubescens ad dignitatem Vestram vultûs verecundiam adimere, & quod de Purpurato prompturus sum IVONE, candido annutu excipere dignemini. Favete,

Nocturnis erraticæ idololatriæ gravati tenebris, Ægyptiorum, Persarum, ac Chaldæorum oculi divinam in sole suspicere conabantur Majestatem. Hinc ab Ægyptijs fundata celebris Heliopolis, mensa solis constructa: Inde à Chaldæis Phæbo erecta fana, inde à Rhodijs ad immensam sublimitatem, toti orbi stupendus, erectus est Colossus, (b) *Cujus*

(b) *Herodotus lib: 9.*

digi-

digiti majores erant, quàm pleraque statua. (i) Ità Æthnica olim ^{(i) Plin: l. 348}
 delirabat antiquitas. Sinamus deliria, suam tamen supremo ^{cap: 7.}
 Altrorum Lutiinari affingere audeamus Majestatem. Ad
 Solis ego propero Regiam sublimibus succolatam columnis:
 Ad solis Aulam erigor, ubi regnanti Principi famulantur a-
 stra, *solē mē suum sua sidera nōrunt* ^{(k) Virg: 6. Æ-}
 vectus quadrigā: at antequam circularem Horyzontis scrute- ^{neid.}
 tur ambagem, sublunaribus, quasi Adventūs Regij Prodro-
 mum, purpuratum cum Aurora Phosphorum Vassallis dele-
 gat. Habet etiam nūm hodie suum sapientia Juridica solem;
 unde Clarissima: habet, *solem Justitiæ*, ^{(l) Malach: 4.}
 ē Britannicis, in orientis adolescentiæ aurora, lucentem oris
 spectate Phosphorum AA. *Novam quandam stellam* (itā ordi-
 nar Historicus) ^{(m) creavit deus in firmamento celi, cujus splen-}
 dore ornarentur caelestia, illustrarentur humana: nempe Sanctif- ^{(m) Surius in}
 simum IVONEM Presbyterum & Confessorem ē Britannia minori ^{Vita.}
 natum. Spectate novū Phosphorū, qui necdū in mundū genitus,
 jam in utero Genitricis, non infausto omine, flagrare videba-
 tur. Tetigit hic Metapontanus Philosophus: *Principium vite*
fidereum esse ignem. Spectate Phosphorum in Britannia, at
 non expectate; nam vix comparuit, & disparuit. Stellam
 Britannia, abripuit Lutetia, *Stellam in perpetuas emicaturam*
aternitates. ^{(n) Phosphorum abripuere Parisij, Phæbum de}
 hoc sidere parituri. Pariunt Parisij, paret IVO, animum pa- ^{(n) Dan: 12.}
 rat in eundæ musarum affinitati purpuratus Auroræ Phospho-
 rus. Quid mirum? *Aurora Musis amica.* In hac Musarum
 amicitia celerrimō semitam divini Solis metiebatur progres-
 su, metuens, nē, *cū in via Dei non progredi sit regredi,* ^{(o) si}
 celsipiraret, inter erratica forsan sidera, deplorando errore, ^{(o) Bern: ad}
 recenseretur. Inde Parisios rursus deserens, sublimiora cœli ^{FF. de Mon-}
 ascensus culmina, adhucdum in Aurora jam Aureliæ pur- ^{te DEI.}
 purascere capit. Cucurrit velociter, imō non cucurrit sed
 sedit genuinus sapientiæ Amator, si Platone teste *anima seden-*
do sit sapiens. ^{(p) Sedit ergo; imō non sedit, sed cucurrit: de}

- (q) *Pf: 83.* *Virtute scilicet in Virtutem, (q)* de scientia in scientiam, de sapientia in sapientiam velociter ascendens. Cucurrit, non sedit: nec enim sedere poterat, dum teste Lucano *cuncta movet studium.* (r) Hòc studiò diu noctuque movebatur, nè captivante animum locordià, stagnanti similis cloacæ, maleolenti tandem subjaceret corruptelæ. Ecce tibi Auroram studiosa Juventus! imitare, nè alioquin tepidam *otia corrumpant mentem,* (s) & aut invidiæ, aut prævæ cupidinis passionibus infectam præcipitent. Sed quid ego, qui me vobis Purpuratum, Judicum Principem promiseram daturum IVONEM, Purpuratam obtutibus Vestris Matutinam figuro stellam? non in vanum: accrescente etenim ætatis meridie, jam Phosphorus noster Phosphorum exiit, in solem converti cæpit. Quòd si in Solem; ergo in Principem: *Princeps* etenim Ethico (t) *Sol* Nexu Philof: *quidam terrestris* nuncupatur. In hunc terrestrem Solem, in Principem profectò Judicum converti cæpit. D. IVO, dum à Rhodonensi Archidiacono ad Judicis Ecclesiastici subsellia collocatur. Desine jam lamentari, desine arguere, desine conqueri, desine cavillare censuratrix Poësis, desine dicere: Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
- (u) *Obid: 3.* *am;* Census amicitias. Pauper ubique jacet, (u) *Falleris, non jacet amplius, sed stat firmiter propugnata causa pauperum, dum novus felicissimè prodit Pauperum Advocatus* (w) Desine Lessum canere quasi emortuæ, ac exulanti fidei, desine ablatæ Elegum occinere Justitiæ, desine plangere:
- (x) *Perfius.* Aurò pulsa fides, aurò venalia jura, (x) *Falleris: unus te condemnat IVO, qui non cum Stratocle, & Democlite solitis sese mutuo ad mensam auream invitare, jura divendit, sed cū Ferdinando I. potiùs mundi jacturâ læsioni justitiæ postponit. Fiat justitia, aut pereat mundus. Liceat mihi hic Purpuratū Alphonsi Regis affigere Symbolum, quo cruentus in se, benignus in pullos propriò effusò sanguine, visebatur Pelicanus adjecto lemmate: Pro Lege, & pro Grege.* (y) Jure ego Sanctum hunc Pelicanum IVONEM nostrum dixerò:
- (y) *Mafen: spec: imag.*

Pro Lege ille Purpureū suū immolavit sanguinem, dum Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem pro viribus tuebatur. (x) Pro Grege seipsum obtulit, dum in misericordia opera non modo propendebat, sed totum se impendebat. Pro Grege ebullientem tradidisset sanguinem Pastor, & Judex Benignissimus, dum tanta erga proximos, quamvis delinquentes, ferebatur compassione, ut cum proferenda ab ipso esset in judicio sententia, id sine lacrymis facere nequiverit. Hoc est, quod canit Altro-Poëta :

(x) *Surius in Vita.*

Manè rubens cælum venturos indicat imbres ;
 dum divinissimus IVO noster, qui rubescebat in vitæ Aurora,
 pluvias lacrymarum extorquet in meridie. Redire me iterum
 ad Astra cogit IVONIS liberalitas, & quem antè inchoaveram,
 in Solem transformatum Phosphorum non turbò opticò,
 sed humili mentis oculò meditari. Et profectò nemo dubitet
 IVONEM Solis obire munia ; nam si *Sol typus est misericordia,*
omnibus benefaciens, (1) quis magis in hoc figuretur Lumina-
ri, quam hic misericordiæ Sectaror, qui omnibus omnia bene
fecit, (2) omnibus omnia factus, (3) Sapientium & insipientium
se reddidit debitorem, (4) & quemadmodum Sol super bonos
& malos oritur, (5) ità eadem Universalis dilectione sua bonos
 & malos in domino amplectebatur, illorum ut confirmaret
 stabilitatem : horum ut reformaret debilitatem : eadem omnes
 generaliter parturiebat, & generabat dilectione. Audiit hoc
 Famossissima Trecorensis Infula, utque suum per hanc
 Purpuram ampliaret decorem, eum qui Generalem erga proximos
 gestabat affectum, IVONEM, in Generalem Judicem constituit.
 Hic vidisses resurgentem ferè à mortuis viduarum ac pupillorum
 frequentissimam turmam : hic vidisses pauperum, ac egentium
 quotidiana refugia : hic vidisses derelictorum, ac perditorum
 tutissimum asylum : hic vidisses in cordis IVONiani concavo,
 Architectante Charitate, sumptuosissimè effabricatum Hospitale,
 de quo adeò abundantes in pauperes profluebant census, ut ipse
 tandem paupere pauperior

(1) *Franc: Mendoza. tom: 2. in l. Regul:*
 (2) *Marci 7.*
 (3) *1. Corinth: 9. 9.*
 (4) *Roman: 1.*
 (5) *Laërt: in Aristip:*

rior IVO, etiam extrema detraxisse visus sit necessitati : O
quàm prodigalis est charitas ! Indagate nunc AA. (quod
quondam ex Socrate Aristippus) vos ex SS. IVONE nostro :
Unde tibi tam pauca ? (5) & reponet illud Divi Laurentij pro-
fusa IVONIS liberalitas : *Pauperum manus thesauros in cælum*

(6) *Jac: de Vo-* *deportaverunt.* (6) Requiram ego : *Unde tibi tam multa* Be-
rag: Legenda *nignissimè* IVO, quòd diffusis bonis omnibus abundantior
de S. Laur: reddaris ad dandum, quòd sæpe numero unò panè dives, rarà
Divinæ in Christo Potentiæ sequelà, magnam pauperum mul-
titudinem saties, ac reficias? Adverto Sanctam Divini hujus
Fæneratoris Usuram : Nihil habere vult, ut omnia possideat;
omnia relinquit, ut centuplum accipiat : effundit ut affundat,

(7) *Ecl: 1.* *omnia enim flumina redundant in mare,* (7) de quo primavos
sumpsere rivulos. Eligit justiciam *distributivam*, ut traditis
vanitatibus pro æternis, feliciorè reperiat *commutativam*;
in hoc ipso Regalem lucratus Purpuram, quòd rejectà Purpu-
rà & divitijs, vilibus contentus vixerit, ut alijs beneficiat; So-
lum enim *benefacere alijs, Regium fuit Artaxerxi*, teste Plutar-

(8) *in Reg: A-* *chò.* (8) Si hæc benignitas IVONIS in alios, si hæc liberalitas
popbi: in proximos, si hæc benevolentia in pauperes: quantum pu-
tatis eum sibi ipsi fuisse Benignum? & siquidem relatio dile-
ctionis proximi in suis ipsius fundatur amore, qui tantà alios
amplectebatur charitate, sibi indubiè majorem tenebatur be-
nevolentiam. Sed non clauditur naturæ terminis Sanctus No-
ster, alijs Benignus, sibi soli severus, & crudelis. Verè alter
consecratus ab utero Joannes, qui *venit neque manducans, ne-*

(9) *Matth: 11.* *que bibens,* (9) dum septem diebus extaticà distentus oratione
absque cibo & potu perdurat. Durissimò reclinatus strato
vix ullam Morpheo partem admittit virtutum Custos ocula-
tior Argò, sed vel noctuæ oculos emutuat à Pallade, vel cum
oculatis Apocalypticis animalibus Numen æternum dillau-
dat: etiam in hoc purpuratus, si teste Seneca : *Vigiles trahit*

(10) *Sen: Her:* *Gesi:* *purpura noctes.* (10) Omni planè jure corpus suum destituit,
& servitute perenni, vix non ad internectionem usque, animæ
man-

manicipare nititur, Vixit IVO in corpore sine corpore, & [ut olim de Alipio dictum est⁽¹¹⁾] *totus anima fuit, vix corpus fuit*:⁽¹¹⁾ *Ebnapius in Jarrablico.*
In hoc solo homo, quod mortalem corporis gestabat sarcinam, in reliquis vivus in terris Angelus, uno solo, contentus Creatore, cujus frequenti quoque obtutu delectari merebatur, Sordet Angelis terra: *Humana tenet IVO, Coelium sedes petit*; & qui indutum purpurâ sapius patientem meditabatur Salvatorem, ad ejusdem *Ascensum Purpureum* (12) *Prin-*⁽¹²⁾ *Cant: 3.*
ceps Purpuratus invitatur, Eja! Cantus Angelici morantur Angelum; Ascende Beatissime IVO, qui trahente antea humilitatis funiculô ad profundum usque nihili te ipsum dejecisti. Ascende ad Emphyreum æternitatis Collegium Justitiæ Apex. *Justitia de calo prospexit*, (13) *Te Advocatum Pauperum*⁽¹³⁾ *Psal: 84.*
ad Tribunal advocat, & sinû Abrahæ recondendum stabiliter appromittit, Ascende Purpurate Jurisprudentiæ Cultor: consolidatæ sunt bases tuæ, quia *Dilexisti Justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Oleo letitiæ*, (14) dum Te⁽¹⁴⁾ *Psal: 44.*
extremæ Unctionis munivit armis, Ascende Judicium Principis, ad novum te superna Agmina Collegium morantur: trahit te fulgidus Justitiæ Sol, ut qui distributis omnibus temporalia cuncta reliquisti, inter Superni Judicij duodecim - viros dignus accensearis Assessor, Tribus Israel judicaturus.

Ascendente Divinissimo IVONE Nostro, descendit humillima Panegyris mea, & cum illo emoritur; Si quem tamen antea vitalem in membris reperisse videtur spiritum. Incineratur corpus debile orationis meæ, & formam amittit, si tamen antea informe non existit. Atrâ taciturnitatis inclusum urnâ ad terram demittitur, Vestræ videlicet benevolentiam grates relaturum. Dum IVO Beatissimus petit Astra, perdo Rostra. Dixi illum Judicium Principem, & nihil dixi; *Judicium enim ejus quis loquetur?* (15) *Dixi purpuratum Rubricis Juri-*⁽¹⁵⁾ *L. 57. de re Jud:*
um, & nihil dixi: quis enim tam amplam virtutum, ac prodigiorum suorum, quis tam fulgidam sapientiæ suæ explicabit Purpuram? Nimirum prolixo erimus, si particulatim omnia dice-

(16) *Surius in dicere, aut perscribere velimus.* (16) Eloquatur Fama, tacente
Vita. elingui Oratore; buccinet perennis Gloria, ubi meus obmu-
tuit sermo. In Vestra, Inclite Senatus Academice, id melius
refulgebit Purpura, quod languente meo obnubilatum est
pallore. Vestra quoque AA. Honorandissimi perficiet Sa-
pientia; ubi mea defecit ignorantia. Satisfacite ergo Vos
ad justitiam, quæ ego imperfectè exjustitia

D I X I,

LAA

